



1286 A. 1734 prope Corstopitum (*Corbridge*; supra p. 97) in septentrionali fluvii *Tyne* ora, about two hundred yards below the bridge, at a place where a small stream enters the river, rep. est lanx argentea longa dig. 19 $\frac{1}{2}$, lata 15, pondo unciarum Anglicarum nunc 149; sed non est integra. Margo enim inferior sive basis (*a rim of metal, bent into the shape of a parallelogram*) ab eo, cuius filiola casu lanceam invenerat (faber ferrarius erat *Cutter* nomine), ut experimentum faceret soluta et seorsum vendita Isaaco Cookson aurifici Aelianensi periit; deinde idem Cookson lanceam emit (for £ 33 6 s.). Sed loci dominus, qui erat dux de Somerset, inventi possessionem sibi vindicavit indeque per successionem pervenit ad duces Northumbriae, inter quorum supellectilem argenteam servatur atque diebus festis imponitur mensis. Significatio anaglyphi obscura est; usum inde sacrum lancis deducere noli. Deorum, qui certi sunt, attributa nolui indicare accuratius. Ectypa arte galvanoplastica facta extant in *Alnwickcastle*, in museo Aelianensi, et apud institutum archaeologicum Londiniense, quae vidi.

arbor, cui insident aquila et aviculae novem				
Diana	Minerva	Iuno	columna, cui impo-	Apollo
orula		femina velata sedens (Vesta!)	situs est	stans intra ae-
urna			globus	diculam
quam effun- dens	canis	cervus	ara	grys iacens
		iacens		

Aeri incidit primus ediditque in folio singulari Virtue, cuius typum repetivit Hutchinson *Northumb.* 1 p. 145, Hodgson 2, 3 p. 245; Halliwell *Archaeologist* I 2, 1842 p. 128 ss.; Akermann *archaeol. index* p. 16; A. Way *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 261; Ravensworth *Archaeologia Aeliana* 5, 1860 p. 166 et 6, 1864 p. 109.

In parte postica litteris, quae, ut solent talia incisa esse, punctis constant inter se coniunctis ('they have been formed by first of all tracing them with a blunt instrument on the surface of the silver, and then puncturing the lines thus formed' Bruce) pondus indicatur ita

secundum Virtue:



In ectypis, quae vidi, litterae nimis evanidae erant, quam ut describere possem; videntur autem indicare p(ondo) XIII et quod excedit.

secundum Bruce:

1287 A. 1760 in *Bywell* prope *Corbridge* (supra p. 97) e fluvio *Tyne* prodiit vasculum argenteum (*a small salver*), circa cuius collum inscriptum erat

DESIDERI VIVAS

Wallis *Northumb.* 2 p. 152 (inde Brand *Newcastle* 1 p. 608 adn. z; Goughs *Camden* 3 p. 510); Hutchinson *Northumb.* 1 p. 134, *Cumberl.* 2 p. 274.

Cf. anulus *Vindobonensis* vol. III 6019, 3.

1288 In *Chedworth*, *Gloucestershire*, a. 1864 rep. est cochlear argenteum longum dig. 2 $\frac{1}{2}$, latum 1 $\frac{5}{8}$; ansa capite olorino ornata est. Ei inscriptum est intrinsecus

CENSORINE GAVDEAS

H. M. Scarth *assoc. journ.* 23, 1867 p. 102 ss.

LXXXIII. SVPELLEX EX AERE ET FERRO.

Ad titulos aeri inscriptos, quos supra iam exhibuimus (n. 82, 84, 93 a 141, 180, 495, 570) accedunt supellectili ex aere factae inscripta varia, incerta ex parte (ut n. 1289, 1290, 1294), ex parte quam maxime memorabilia (ut n. 1291); vasculis inscripta (n. 1292, 1293) fortasse non in Britannia sola prodierunt. Singularis est campanae vel tintinnabuli inscriptio, quam antiquam et Romanam esse affirmant amici Britanici periti. Quod galeae inscriptum est nomen, propter ipsius galeae formam vetustam saeculo fortasse primo attribuendum esse mo-

nuerunt amici iidem. Contra recentioris aetatis, i. e. saeculi puto tertii, est cochlearis titulus (n. 1297). Addidi cultros duos ex ferro inscriptos (n. 1298), qui alibi apte collocari nequeunt. Falsa vel novicia quaere infra (n. 24*—27*). Inscripta non est aquila legionis, ut videtur, aenea reperta Callevae (*Silchester*, supra p. 16), de qua videantur *Archaeologia* 9, 1789 p. 370; acta acad. *Vindob.* minora a. 1850 p. 341; Gerhard *archaol. Anz.* 1852 p. 143, 162; I. G. Joyce *proceedings of the soc. of ant.* ser. II 3, 1867 p. 494.

1289 Lamella aenea rep. c. a. 1788 in *Brampton*; servabat the Rev. Mr. Carlisle, of *Carlisle*; nunc est in *Lazonby Hall*. Longa est dig. 1 $\frac{1}{2}$, alta 1 $\frac{1}{2}$; una repertum est sigillum Mercurii, ut videtur, perparvum, ad quod titulus non pertinebat. Inscriptum erat lamellae

IOVIS

H. Rooke *Archaeologia* 9, 1789 p. 222; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 in tab. fig. 9; Bruce *lapid.* n. 451.

1290 Lamella aenea, diam. dig. 3 $\frac{1}{2}$, rep. a. 1852 in effossionibus Bremerii (*High Rochester*) institutis. Servatur in *Alnwick castle*. Litterae in circulum scriptae sunt atque ita formatae, ut spatium inter eas vacuum excisum sit; similiter etiam ornamentum, quod in medio est, aquila globo insistens.

ECHOPTIMIMAXIM

Descripti. Bruce *wall* ed. II p. 463, *lapid.* n. 578.

Lectio difficilis est, cum quia initium tituli incertum est tum propter M et H, fortasse etiam O et I litterarum similitudinem in hoc scribendi vel caelandi genere. Tamen singula vocabula, centuriae nota (necessario aliquantum diversa a \exists magis solita, quae ita formari non potuit in scriptura quasi dilucida), coh, optimi (cuius ultimum elementum potest etiam esse O foramine carens), maxim satis certa sunt, interpretatio obscura. Aquila Iovis optimi maximi insigne dedicationem esse indicat; quod, si lamella haec pars est re vera, ut putabant antiquarii Britanni, vexilli vel signi militaris, non caret veri similitudine. Sed titulus vix integer esse potest.

VII

1291 A. 1725 prope *Rudge Coppice near Froxfield* (Wiltshire) rep. est vasculum aeneum diam. dig. 4, altum dig. 3; ornamenta externa coloribus caeruleo et viridi expleta erant (opere quod nunc dici solet *champleve*), quorum colorum vestigia extant certa, ut mihi affirmavit Franks. Servabatur olim apud Lord Hertford; nunc est in *Alnwick castle*. Litterae videntur tribui posse saeculo tertio; inscriptum enim est in margine superiore extrinsecus

A MAIS ABALLAVA VXELODVM C AMBOGLANS BANNA.

Contuli. Horsley p. 329 *Wiltsh.* 1 cf. *praef.* p. XXIV (inde Stukeley it. bor. p. 68; Goughs *Camden* 1 p. 163 tab. 5 fig. 3; Hoare *Wiltshire* 2 p. 121; Brand *Newcastle* 1 p. 605); Hodgson 2, 3 p. 141; Newton p. 119, 132 b; Wright *the Celt* p. 208); A. Way *archaeol. instit.*, *Edinburgh meeting* 1856 p. 58; Bruce *wall* p. 431, *lapid.* n. 486.

Initium tituli puneto indicatur post *Banna* posito, quod unicum est. A ita formata est n; VXELODVM errore incisoris positum videtur esse pro VXELLODVNO, et AMBOGLANS (fortasse Ns) pro AMBOGLANNIS. Lectio autem certa est. Iter, quod indicatur, explicui supra p. 104.

A Mais Aballava Uxel[l]odu[n] Amboglan[n]s Banna

Quam lectionem unice probandum praeavit Gale apud Horsleium.